

Urraca, hija del rey Ramiro I, dispone de sus bienes para después de su muerte.

AHN, Serós, carp. 785, n^o. 11, copia siglo XII.

Sub nomine Christi et eius gratia. Hec est cartula que fecit ego Urracha, ancilla Dei, filia Ranimiri regis, de illa donaciuncula quam dedit mihi pater meus, et post eius obitum firmavit mihi meo iermano rege domno Sancio, cui sit honor et vita. Concedo post discessu meo domui Sancte Marie semper virginis et ancillis eius illa villa que nominatur Arrienda ingenua, sicut pater meus mihi concessit. Et illa ecclesia que est super Arresella, que vocatur Sancta Cruce, cum sua hereditate similiter serviat Sancte Marie semper virginis et ancillis eius. Et illa alia ecclesia que est in valle Atares, nomine Sancti Michaelis Archangeli, cum sua hereditate et illa dote de illa sacratione offero Deo et Sancto Iohanni Baptiste et servis eius, ut in perpetuo sit ibi.

1 Et ad maiorem confirmationem, ego Sancio, gratia Dei rex Aragonensium et Pampilonensium, hanc cartam laudo et confirmo et propria manu mea hoc sig [signo] num facio. Signum Petrus Sancii [signo de Pedro I en caractères arábigos], add. F.

2 era) T . C . III . , F.

De illa cebera aut vino que invenerint in manu, trahant ipsos habitus quos debeo habere; et trahant XX kafices ad illa mea muliere domina Oria de Blanzaco qui me serviet in salute et infirmitate; et trahant X kafices ad illo meo collazo et filiato. Alia qui remanent faciant tres partes: una ad Sancti Iohannis, alia ad Sancta Maria et ancillis eius, tercia ad labore de Sancti Petri de Iacha. De illas oves et baccas trahant illos habitus quos debeo abere, et illas qui remanserint sint de ancillis Sancte Marie. Tres equas habeo: sint de episcopo meo magistro, cum illo baso canalato que me dederunt pro anima de meo patre. Alios duos basos de argento de meo iermano rege domno Sancio quos mihi dedit, si dimitat illos in servitio Dei et Sancte Marie pro sua anima et mea faciat; et si non, faciat de sua causa quod illi placet; et decem almakanas antemas que de parte de mea matre habui, stent in Sancta Maria, cum una linga de sirco, et alia vinelia lavorata cum argento; et una almozalla grezisca que habui de parte de meo patre, sedeat casulla de Sancta Maria, cum alia almuzalla minore; et illo lecto ubi corpus meum tumulaverint, ibi sedeat. Et illo facele de pallio que fuit de meo patre, habeat illo episcopo meo magistro per casulla in Sancto Petro. Alias minucias si invenerint, dividant ad ancillas Dei de Sancta Maria; aut quomodo melius potuerint facere, faciant. Comendo autem me per ista mea scriptura ad meo iermano rege domno Sancio, cui sit honor et vita, ut non me lasxet forzare de ista scriptura ad nullo homine, et me comendet ad illo episcopo ut demandet totas istas causas pro mea anima, et excomunicet aut propinquos aut extraneos, et sint anathema[ti]zati cum Iuda et cum Dathan et Abiron qualiter facere aut disrumpere voluerint, nisi quomodo hic continetur scriptum.